UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Questiones spiritualis [con]uiuij delicias preferentes, super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

In festo sancto[rum] iohan[n]is et pauli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70506

Visual Library

rebus naturalibus. vt nõ poſſit
preter eas operari cum voluerit
qđ in miraculoſis actibus facit.
ita non alligauit virtutẽ ſuã ſa-
cramentis. vt non poſſit ſine ſa-
cramentoꝝ miniſtris aliquẽ ſan
ctificare. ⁊ ideo aliquos preter
legem cõmunẽ quaſi miraculo-
ſe in maternis vteris ſanctifi-
caſſe legitur illos precipue qui
immediatiꝰ ordinabãtur ad eiꝰ
ſanctiſſimã conceptionẽ. ⁊ ideo
mater ſanctificata credit. et io-
hannes baptiſta qui ei in vtero
exiſtenti teſtimoniũ dedit. et hie
remias qui ipſius cõceptionem
vaticinio expreſſe ꝑdixit. Nouũ
inquit faciet dñs ſuper terram.
mulier circũdabit virũ. Hiere.
xxxj. ita tamen ꝙ in iſtis ſancti-
ficatis ſm gradus propinquita
tis ad xp̄m ſit gradus ſanctifi-
cationis. ¶ Ad rationes in oppo
ſitum. ¶ Ad primã reſpondetur
negando ꝯñam. et ratio eſt. quia
regeneratio ſpiritualis p̄ſuppo
nit generationẽ naturalem ſibi
correſpõdentẽ. ⁊ ideo regenera-
tio ſpiritualis que fit per mini-
ſteriũ hominũ in baptiſmo pre-
ſuppõit natiuitatẽ ex vtero qua
homo in noticiã ⁊ ſocietatẽ ho-
minũ prodit. Sed regeneratio
que fit diuinitus p̄ſupponit de
neceſſitate natiuitatez in vtero
qua homo a deo creatus forma
tus eſt. ¶ Ad ſcđam reſpõdetur
negando ꝯñam. et ratio eſt. quia
iaz formato puero anima ratio
nali infuſa puer nõ accepit a ma

tre niſi nutrimentũ. peccatũ aũt
originale non cõtrahit per actũ
potentie nutritiue ſed generati
ue. ⁊ ideo nõ eſt actu in ꝯtrahen
do originale niſi in ipſa infuſio-
ne anime. ⁊ ꝓpter hoc nihil pro
hibet puerũ in ſtatu illo poſt in-
fuſionẽ a peccato originali mun
dari. ¶ Ad tertiã reſpõdetur ne
gando ꝯñam. et ratio eſt. quia il
la verba dixit iohãnes. nõ ꝙ ha-
beret originale peccatum. eo ꝙ
fuerat in vtero matris ſanctifi-
catus. ſed loquebat in perſona
generis humani. q2 ante aduen-
tum xp̄i licz aliqui eſſent aliquo
modo mũdati q̄tum ad infectio
nem perſone per circũciſionem
vel ſanctificationẽ: vt iohãnes.
ſed q̄tum ad culpã ⁊ infectionẽ
totiꝰ humane nature. nullus mũ
datus erat ante paſſionẽ xp̄i. vel
aliter dici põt ꝙ hoc dixit. Ego
a te debeo baptizari. q2 ſanctifi
cati in vtero indigent baptiſmo
xp̄i. vt recipiant characterem q̄
recipitur in baptiſmo quo confi
gurentur xp̄o. (vt habetur vbi
ſupra. q. tertia.

N feſto ſã
ctorũ iohan-
nis ⁊ pauli eſt
euangelium.
Attendite a
fermento ⁊c̄.
Luce. xij. Cir
ca qđ poſſunt
diſputari ſe-
quentes queſtiones. ¶ Primo.

vtrum hypocriſis ſit peccatum moꝛtale. Secũdo. vtrum timere eos q̇ occidũt coꝛpus ſit peccatum moꝛtale.

O primaz queſtionez ſic ꝓcedit. Et videtur ꝙ hypocriſis ſit ſemꝑ peccatũ moꝛtale ¶ Primo ex euangelio preſenti. i quo ait. Attendite a fermento phariſeoꝝ quod eſt hypocriſis. qḋ manifeſte innuit eſſe peccatum moꝛtale ¶ Scḋo ſic. dicit hiero. Eſa. xij. in glo. ꝙ in cõparatione duoꝛuz maloꝝ leuius eſt aperte peccare q̄ ſanctitatẽ ſimulare. ergo ⁊c. Tertio ſic. dicit Grego. xxxj. moꝛal. ꝙ hypocrite ex malicia peccant. ſed hoc eſt grauiſſimũ. quod pertinet ad peccatuz in ſpm̃ ſctm̃. ergo hypocrita ſemper moꝛtalit peccat. ¶ Quarto ſic. nullꝰ meret iram dei ⁊ excluſionẽ a viſione dei. niſi ꝓpt pctm̃ moꝛtale. ſed per hypocriſim aliquis meret irã dei ſm illḋ Job xxxvj. Simulatoꝛes ⁊ callidi ꝓuocant iram dei. excludit etiam hypocrita a viſione dei. ſm illḋ Job. xiij. Non venit in cõſpectu eius ois hypocrita. ergo hypocriſis eſt ſemꝑ peccatũ moꝛtale. ¶ In oppoſitum. Hypocriſis eſt mẽdaciũ operis cũ ſit ſimulatio quedã. ſed nõ omne mẽdaciũ eſt pctm̃ moꝛtale. ergo nec oĩs hypocriſis. ¶ Rñdeo dicendũ ꝓ ↄcluſione. ꝙ hypocriſis non eſt ſemꝑ pctm̃ moꝛtale. ſed qñq ſic. qñq nõ. Pro q̇ notãdũ iuxta ſan. tho. (ij. ij. q. cxj. ar. iiij.) ꝙ in hypocriſi ſunt duo. ſ. defectꝰ ſctitatis et ſimulatio illius. ſi ergo hypocrita dicat ille cuiꝰ intentio eſt ad vtrũq. vt ſcz aliqs nõ curet ſanctitatẽ nõ habere. ſed ſolũ ſctũs apparere ſicut ↄſueuit accipi in ſacra ſcriptura. ſic manifeſtũ eſt ꝙ eſt pctm̃ moꝛtale. nullꝰ em̃ priuatur totaliter ſctitate niſi ꝑ peccatũ moꝛtale. ſi aũt dicat hypocrita ille q̇ intẽdit ſimulare ſanctitatẽ a qua deficit ꝑ pctm̃ moꝛtale. tũc q̄uis ſit in peccato moꝛtali ex quo ꝓuabat ſctitate vite. nõ tñ ſemꝑ ipſa ſimulatio eſt ei pctm̃ moꝛtale ſz qñq veniale. qḋ diſcernẽdũ eſt ex fine. qꝛ ſi repugnat caritati dei vel ꝓximi erit peccatũ moꝛtale. puta ſi ſimulat ſctitatẽ vt falſam doctrinã diſſeminet. vt erat hypocriſis phariſeoꝝ. a qua hypocriſi dicit dñs eſſe cauendũ. vel vt adipiſcatur eccl'iaſticã dignitatẽ indignus. aut quecũq alia bona tpalia in qbꝰ finẽ ↄſtituit. Si vᵒ finis intentus nõ repugnat caritati eſt peccatũ veniale. puta cũ aliqs i ipa fictiõe delectat. de q̇ phs dic iiij. eth. ꝙ magis videt vanꝰ q̄ malꝰ. Eadẽ em̃ eſt ratio de mẽdatio ⁊ ſimulatiõe. ↄtingit em̃ qñq ꝙ aliqs ſimulat ꝑfectionẽ ſctitatis q̇ nõ eſt de neceſſitate ſalutiſ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

et talis ſimulatio nec ſemꝑ eſt pctm̄ mortale. nec ſꝑ eſt cū pctō mortali. ⁊ ſic pꝫ rn̄ſio ad obiecta

Ad ſecundā queſtionez ſic ꝓcedit. Et videtur ꝙ timere eos q̄ occidūt corpus nō ſit pctm̄ mortale. ¶ Primo ſic. timor non eſt pctm̄. ergo ⁊c. ꝯn̄a eſt bona. antecedēs ꝓbat. timor eſt paſſio quedā. ſed paſſionib⁹ nec laudamur nec vituperamur. vt dr̄. ij. eth. cū igit om̄e pctm̄ ſit vituperabile. videt ꝙ timor nō ſit pctm̄. ¶ Secūdo ſic. nihil qđ naturalit eſt in hoie eſt pctm̄. q2 pctm̄ eſt ꝯtra naturā. vt Damaſ. dicit in. ij. li. ſed timere eſt homini naturale. vt iij. eth. habet. ergo timor nō eſt pctm̄. ¶ Tertio ſic. timor eſt in iraſcibili q̄ eſt pars ſenſibilitat; ſed ī ſenſibilitate eſt tm̄ pctm̄ veniale. ergo timor nō eſt peccatū. ¶ Quarto ſic. pctm̄ nō ſolū retrahit a ꝑfectione ſed a p̄cepto. ſed timor non retrahit a p̄cepto ſed ſolū a ꝑfectiōe vt videt dicere glo. Deut. xx. ergo timor non eſt pctm̄ mortale. ¶ In oppoſitū eſt euāgeliū p̄ns Nolite timere eos qui occidunt corp⁹. ſicut ꝓpt timorē mortis hō declinet a veritate. ¶ Secūdo ſic. pro ſolo pctō mortali debet pena inferni. ſed pena inferni debet timidis. ſm̄ illud Apoc. xxj. Timidis ⁊ incredulis ⁊c. ⁊c. pars erit in ſtagno ignis. qđ eſt pena īferni. ergo talis timor eſt peccatum mortale. ¶ Rn̄deo dicēdū ſub certis ꝯcluſionibus. Pria eſt ꝙ timor aliqn̄ eſt pctm̄ aliqn̄ nō. Pro cui⁹ ꝯcluſiōis noticia eſt notādū. ꝙ (vt hr̄ ij. ij. q. cxxv. ar. j.) aliquid dr̄ eſſe pctm̄ in actib⁹ hūanis ꝓpt inordinationē. nam bonū hūani act⁹ in ordine quodā exiſtit. Eſt autē hic debit⁹ ordo vt appetit⁹ regimini rōnis ſubdat. ratio aūt dictat aliq̄ eſſe fugiēda ⁊ aliq̄ eſſe ꝓſequēda. ⁊ īter fugiēda quedā dictat mag; eſſe fugiēda q̄ꝫ alia. ⁊ ſimilit inter ꝓſequēda quedā dictat eſſe magis ꝓſequēda q̄ꝫ alia. Et q̄ꝫtū eſt bonū ꝓſequēduz tm̄ aliud eius oppoſitū fugiēdū. inde eſt ꝙ ratio dictat quedā bona magis eſſe ꝓſequēda q̄ꝫ q̄daz mala eſſe fugiēda. qn̄ ergo appetitus fugit ea q̄ ratio dictat eſſe ſuſtinenda ne deficiat ab alijs q̄ magis ꝓſeq̄ dꝫ. timor inordinatus eſt. ⁊ hꝫ rōnez pcti. qn̄ xͦo appetit⁹ timendo refugit id qđ eſt ſm̄ rōnez fugiēdū appetit⁹ nō eſt inordinat⁹ nec pctm̄. ¶ Scđa cōcluſio ꝙ timor talis inordinat⁹ qn̄qꝫ eſt mortale ⁊ qn̄qꝫ veniale pctm̄. Pro quo notādū. ꝙ (vt hr̄ vbi. ſ. ar. iij.) qn̄ iordinatio timoris ꝯſiſtit in ſolo appetitu ſenſitiuo nō ſupueniēte ꝯſenſu rationalis appetit⁹. ſic nō poteſt eſſe peccatū mortale ſed ſolū veniale. quando xͦo inordinatio timoris peruenit vſqꝫ ad appetitum

rationale qui dicitur voluntas q̃ ex libero arbitrio refugit aliquid non ſm rationez. talis inordinatio timoris quãdoqꝫ eſt peccatum mortale. quandoqꝫ veniale. ſi enim quis propter timorez quo refugit periculũ mortis vel quodcunqꝫ aliud temporale malum ſic diſpoſit⁹ eſt vt fugiat aliquod prohibitum vel pretermittat aliquod quod ſit preceptũ in lege diuina. talis timor eſt peccatum mortale. ⁊ talis timor occidentium corpora remouetur a ſanctis in euangelio. cum dicit. Nolite timere eos qui occidunt corpus ꝑpter nullum enim periculum mortis debent pretermittere fidez chriſti. aut aliquid qḋ in lege diuina p̄ceptuz eſt. alias iordinatio timoris erit veniale. ¶ Ad ratiões in oppoſitũ. ¶ Ad primaz reſpondetur ꝙ timor cõmuniter dictus ſm ſuam rationem importat vniuerſaliter fugam. vnde q̄ͫtum ad hoc non importat ratione̅ mali vel boni. ⁊ ſimilit̄ eſt de qualibet alia paſſione. et ideo philoſophus dicit ꝙ paſſiões nõ ſunt laudabiles nec vituperabiles. ꝙ. ſ. nec laudant̄ nec vituperant̄ qui iraſcant̄ vel timẽt. ſꝫ qui circa hoc ordinate aut inordinate ſe habẽt. ¶ Ad ſecundã rñdet̄ ꝙ mala quibus homo reſiſtere nõ poteſt. ⁊ ex quoꝝ ſnſtinentia nihil boni ꝓuenit homini ratio dictat fugiẽda eſſe. et ideo timor taliũ nõ eſt peccatuz. ¶ Ad tertiã rñdet̄. ꝙ nõ eſt ad ꝓpoſituz. qꝛ ratio illa ꝓcedit de timore ſm ꝙ conſiſtit in ſenſibilitate. ¶ Ad quartam rñdetur. ꝙ glo. illa loquitur de timore reuocante hominem ab eo qḋ non eſt de neceſſitate p̄cepti ſed de perfectione conſiliȷ̃. talis autem timor non eſt peccatuz mortale. ſꝫ quãdoqꝫ veniale. quãdoqꝫ aũt nõ eſt peccatũ puta cũ aliquis hꝫ rationabilem cauſam timoris.

n feſto apoſtoli petri eſt euangelium. Dixit ieſus ſimõi petro ⁊c. Joh. vlt. Circa qḋ poſſunt diſputari ſequẽtes queſtiões. ¶ Prima. vtꝝ petrus a chriſto cõſtitutus ſit caput eccleſie. ¶ Secunda. vtrum petrus poteſtate clauium potuit pctã remittere. ¶ Tertia. vtrum petrus poteſtate clauiuz potuit idulgẽtiã largiri debitaꝝ penaꝝ.

D primã q̃ſtionẽ ſic procedit̄. Et videtur ꝙ petrus conſtitut⁹ non ſit caput eccleſie. ¶ Primo ſic. Hoc nõ potuit petro cõpetere. ergo ⁊c. aſſumptũ ꝓbat̄. caput inſtuit ſenſum ⁊ motuz in mẽbra. ſꝫ inſtuere ſenſũ ⁊ motũ